INNOCENTIUS PP. XI

Martio 27 (90)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Dilecte fili Salutem et apostolicam benedictionem. Vitae, ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio. Nos inducunt ut te specialibus favoribus et gratijs prosequamur. Cum itaque sicut nobis nuper exponi fecisti tu qui (ut asseris) in sacro Diaconatus ordine constitutus existis ex fervore devotionis accensus ad reliquum sacrum Presbyteratus ordinem quantocitius promoveri summopere desideres. Nos igitur te praemissorum meritorum tuorum intuitu specialibus favoribus et gratijs prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolvendum et absolutum fore censentes. Supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati tecum ut si et quando tredecim menses tantum tibi de aetate ad id a Sacro Concilio Tridentino requisita defecerint defectu huiusmodi non obstante si nullum aliud canonicum tibi obstet impedimentum et dummodo tu ad id idoneus reperiaris servatisque alias servandis ad dictum sacrum Presbyteratus ordinem promoveri et promotus in illo etiam in Altaris ministerio ministrare libere et licite possis et valeas auctoritate apostolica tenore praesentium dispensamus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die X. Martij MDCLXXIX Pontificatus Nostri Anno Tertio

J. F. Slusius.

Dilecto filio Carolo Cipoletti cl[er]ico
Cremonen[si]

Morbio 27 (90)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

1659. 6 mayo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876584785-11/fragment/page=0002